

Andreas Wayner, Canzler und Canoniker zu Breslau, ertheilt den Magistern Johann Osten und Thomas Jauer, Collegiaten des Frauenkollegs, und dem Magister Stanislaus Pechmann, Collegiaten des kleinen Fürstenkollegs, Auskunft über die Gründung des Frauenkollegs zu Leipzig.

[Zwischen 1480 u. 1482.] 5

Hdschr.: Vidimirte Abschrift auf Perg. Archiv des Frauenkollegs I, 7.

Anm.: Vergl. hierzu Zarncke, Statutenbücher 267. Ueber die Zeitbestimmung dieses Schriftstückes s. Zarncke, urkundliche Quellen 769 No. 7.

Informatio plenaria de erectione et fundatione collegii b. virg. in Lipzk.

Pervenerabilibus viris, magistris Iohanni Osten preposito et Thome Jauer, 10
collegiatis in collegio b. virginis, ac m. Stanislao Pechman, in collegio principum
collegiato.

Ante desolationem universitatis Pragensis fuit quidam doctor de Slezia nomine
magister Iohannes Munsterberg, qui ibidem Prage inter doctores et magistros nationis
Polonorum tanquam senior magna instetit sollicitudine apud magistros eiusdem nationis, 15
ut quilibet iuxta suam facultatem contribueret. Quoniam fuit intentionis pro natione Polo-
norum speciale inibi fundare collegium, magistri ac doctores nationis Polonorum his rebus
plurimum affecti maxime et potissimum Slesica pro huiusmodi fundatione nova et collegii
erectione iuxta affectiones et facultates suas contribuerunt. Et antequam intentio prefati
doctoris M. Iohannis Munsterberg fuit effectum sortita de fundando collegio, supervenit 20
universitatis Pragensis desolatio et in Lipzk translatio, ubi scilicet in Lipzk dictus dominus
doctor Iohannes Munsterberg quatuor domos comparavit pro collegio nationis Polonorum,
in quo voluit et fundavit, ut tantum sex essent de Slezia collegiati eligendi magistri, vel
quinque de Slezia et unus de Prussia tantum, ex gratia saltem si posset se pulchre cum
dictis magistris de Slezia comportare, quoniam Pruteni non multum Prage contribuissent, 25
quod ex eorum contributione posset fieri unius collegiature fundatio pro Pruteno, prout
dictus fundator in suo codicillo et testamento expressit, comparavitque dictus doctor
Iohannes Munsterberg mediam villam Tyntz in ducatu Lignicensi, quam mediam villam
sic assignat pro corporibus dicti collegii. Et antequam ad plenum dictam fundationem
complet, diem suum obiit, ponens in ea re ac aliis rebus ultime sue voluntatis executorem 30
venerabilem dominum doctorem Iohan Hoffman, postea episcopum Misnensem, qui pia
ductus intentione aliam mediam partem ville Tyntz, que iure hereditario ad eum spectabat,
pure et donatione irrevocabili ad collegium predictum donavit, volens per hoc conditionem
dictorum collegiatorum collegii nationis Polonorum efficere meliorem. Unde completa et
perfecta iam dicti collegii fundatione et erectione, magistri collegiati quinque elegerunt 35
Prutenos ex gratia, quos etiam aliquando ex eo, quod non poterant sese comportare cum
collegiatis Slezicis, perpetuo amoverunt et reiecerunt. Unde patet quod Bohemis et Mora-
vis nihil iuris in dicto collegio potest competere, quia tempore quo vixit Prage universitas.